

Chronik von Lichtenthal.

193

Anno d. 1331 ob. illustris Rudolfus marchio de Baden in festo purificationis b. M. v., qui legavit conventui monialium in Büren* 100 marcas pro remedio animæ suæ.

1332. Sequenti anno ob. illustris Fridericus marchio de Baden in vigilia 10,000 martyrum.

1333. Item in tertio anno ob. illust. Rudolfus marchio de Baden, dictus Hesse, in octava s. Laurentii martyris, post obitum domini Friderici marchionis.

A. d. 1337 ob. Bertoldus de Oza,** qui legavit curiam suam ipse et mater ejus Bertha et uxor ejus monasterio in Büre. Metza et Adelheidis.

A. d. 1346 in crastino Emerentianæ virginis ob. illust. comes domnus Cunradus [de Fürstenberg ¹] decanus ecclesiæ argentinensis, qui legavit conventui Lucidæ-vallis 100 libr. argentinensis monetæ in remedium animæ suæ.

A. d. 1348. 7 kal. Julii ob. illust. Rudolfus marchio de Baden.

A. d. 1350. 3 idus Junii ob. Adelhedis de Lechtenberk, comitissa de Salma, quæ dedit huic monasterio 80 libr. Argentin. den., de quibus dantur 3 lib. annuatim ad mensam conventus.

A. d. 1353 præcedenti die Tiburcii et Valeriani ob. illust. Hermannus marchio de Baden, qui dedit huic monasterio pro remedio animæ suæ 700 libr. hallens. denar.

Ob. illust. marchio Fridericus. Anno d. 1353 4 non. Septemb.

A. d. 1356. 15 kal. Jan. ob. Bertoldus comes de Ebersteine.

A. d. 1358. 5 non. Octob. ob. illust. domna Jenat de Bare comitissa, uxor domni Walrami de Geminoponte. ***

A. d. 1361. 5 kal. Sept. ob. domnus Rüdolfus dictus Wecker, marchio de Baden.

A. d. 1372. 13 kal. Apr. ob. Rüdolfus marchio de Baden.

2. Bruchstücke eines Schenkungsbuches.

Am Ende des ersten Nekrologs ist ein Blatt ausgeschnitten, dann kommt ein Blatt mit folgenden Notizen

¹ Das Eingeflossene steht von anderer Hand auf dem Rande.

* Lichtenthal liegt zwischen den beiden Dörfern Ober- und Unterbüren und wird manchmal auch Büren genannt.

** Das bei Baden.

*** Zweibrücken.

Quellensammlung. I.

des vierzehnten Jahrhunderts, worauf noch anderthalb Blätter weggeschnitten sind:

1) Quia fragilitatis est humanæ, nunquam in eodem statu permanere et ob id res memoria dignæ per incuriam et oblivionem diuturnam solent obliterari, idcirco sub hujus paginæ scripto memoriæ commendatur, quod Erkenbertus civis spirensis et uxor ejus Margareta, quæ nunc obierunt, pro remedio animæ suæ contulerunt huic ecclesiæ curiam in Barchusen,* cum jugeribus attingentibus. De bonis prædictis singulis annis in anniversario prædictorum Erkenberti et uxoris ejus refectio ministrabitur conventui in festo s. Joh. ante portam latinam, qua die etiam anniversarius celebratur ipsorum.

2) Item hic sane notandum est et perpetuæ memoriæ commendandum, quod domnus Symon, dictus de Grevenhusen,** capellanus piæ memoriæ domnæ Irmengardis marchionissæ de Baden, fundatrix ecclesiæ nostræ, obtulit et donavit ad altare principale b. virg. et per consequens abbatissæ et conventui usui deputavit curiam, quæ vulgo dicitur Vrondorf ¹ in villa Winden,*** quam comparavit pro 24 marcis pro redemptione votorum suorum, ut et perpetua memoria ejus fiat tamquam pro speciali benefactore nostro, et anniversarius ejus dies agatur perpetuo cum vigilia et missarum sollempniis, sicut pro valde caris nostris fieri consuevit.

3) Item revoluto anno iterum obtulit et donavit ad prædictum altare b. virg. bona, quæ comparavit in villula, quæ dicitur ad Schur, † pro 40 lib. hall. volens et constituens, ut de prædictis bonis singulis annis in vigilia palmarum refectio ministretur conventui Lucidæ-vallis in signum veræ fraternitatis, ut communio orationum et aliorum bonorum omnium, quæ fiunt in prædicto conventu, plene habeat.

4) Noverint universi præsentis et posteris, quod nos abbatissa Adilheidis et conventus Lucidæ-vallis promissimus bona fide domnæ Elizabeth de Lichtenberch, sorori domni marchionis nostri fundatoris Rudolphi, anniversarium mariti sui Ludewici in die s. Elizabeth plenæ refectionis administratione et orationum persolutione singulis annis celebrare.

¹ lies Vronhof. Siehe unten Nr. 13.

* Berghausen bei Speier, dort hatte das Kloster Güter bereits im Jahr 1382. Cod. major spir. tom. 1 Bl. 27, wo sie genannt werden: die nünnen zu Buer.

** Wahrscheinlich Grevenhausen bei Neustadt in Rheinbaiern.

*** Winden im Amt Baden.

† Eines der beiden Schenern bei Baden.